Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cum venit filius ho
minis in maiestate sua
et omnis angeli cum eo: tunc
sedebit super sedem maie
statis sue: et congregabun
tur ante eum omnes gen
tes. et separabit eos ab in
uicem sicut pastor segre
gat oues ab hedis: et
statuet oues quidem a
dextris suis hedos autem
a sinistris. Tunc dicet
rex hiis qui a dextris
eius erunt. Venite be
nedicti patris mei possi
dete paratam vobis reg
num a constitucione mun
di. Esuriui enim et dedis
tis michi manducare.
sitiui et dedistis michi
bibere. hospes eram et
collegistis me: nudus
et operuistis me: infir
mus et visitastis me.
In carcere eram et venistis
ad me. Tunc respondebunt
ei iusti dicentes. Domine.

quando te vidimus esurien
tem et pauimus sicientem
et dedimus tibi potum.
Quando autem te vidimus
hospitem et collegimus
te: nudum et cooperui
mus te: Aut quando te vi
dimus infirmum. aut in
carcere et venimus ad te:
Et respondens rex dicet illis:
Amen dico uobis: quamdiu
fecistis uni de hiis fratribus
meis minimis mihi fecistis:
Tunc dicet hiis qui a si
nistris erunt. Discedite a
me maledicti in ignem
eternum qui paratus est dya
bolo et angelis suis. Esu
riui enim: et non dedistis
michi manducare. Siti
ui et non dedistis michi
potum. hospes eram et non
collegistis me: nudus
et non operuistis me. in
firmus et in carcere et non
visitastis me. Tunc re
spondebunt ei et ipsi dicentes